Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



52

Ideo ne emulemini. Quoniam tamen semi ista et prospe
ritas malorum velocius arescet et quemadmodum viridi
tas herbarum cito decidet quasi diceret breuiter durabit
sicut ista breuiter durant

Noli ergo vir iuste malorum prosperitati mudere sed
spera in domino hoc meritum fidei hoc meum
salutis est et fac bonitatem quia fides sine operibus
mortua est et inhabita per confessionem fidei ecclesiam
non recedendo ab ea et pascemis ad saturitatem et
suauitatem perhennem in diuinis spiritualibus eius
quarum thesaurus est ipse xpus cuius bta visio est
eterna sctorum omni refectio

Delectare ergo non in desiderijs carnis non in rebus
transitorijs seculi sed in domino pone oem delectationem
et diuitiarum et desiderium mentis in eo constituo ut sua
uis sit tibi recordatio eius ut ames quem times spreta
mundi iocunditate et dabit tibi petitiones cordis tui quas
s' spus rationalis petit s' bona gratie et virtutis
exuas ut det Reuela explicita in oratione tua vitam
tuam desiderium tuum domino indica quid petens quid
uelis directionem eius petendo et confide in eo quod re
tribuet tibi et ipse faciet illud quod speras et confitendo
expectas ~~faciet~~

Faciat quidem quoniam Educet in publicum opera
iustitie tue quasi lumen alios in exemplum virtutis et
que secum habitum iustitie tue indicas facienda faciet pro
speratio usque ad perfectionem iustitie debitam sicut ascensus
solis fiatur in meridie et faciet clara et laude digna
in conspectu hominum sicut meridiem que est clarior
pars diei

Interim vero subditus esto deo humiliter et deuote seruiendo
et ora eum ipse pie et perseuerantes et consequeris in
tentum

Noli indignari in homine qui prosperatur in mundo